



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

j. De reru[m] diuisione, atq[ue]; illarum administratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBER SECVNDVS.

DE RERVM DIVISIO-
ne, atq; illarum admini-
stratione,

TITVLVS I.

*Res Ecclesiasticæ, sunt aut spirituales, aut
temporales. h. d.*



Vperiore libro de Iure personarum exposuimus, modò videamus de rebus Ecclesiasticis, illarumq; tractatione, & administratione. Summa rerum Ecclesiasticarum diuisio in duos articulos deducitur: nam aut spirituales sunt, aut temporales. Spirituales sunt, quæ spiritui deseruiūt, atque animæ causa sunt institutæ: vt, Sacramenta Ecclesiæ, altaria, & his similia. Temporales sunt, quæ non tam spiritus, quàm corporis gratia p̄ Ecclesiasticis ministerijs, sacrorumque ministrorum vsu sunt comparatæ: vt sunt, prædia, domus, & fructus decimales.

*Res spirituales, sunt aut corporales, aut
incorporales. & corporales diuiduntur in Sa-
cramenta, in res sacras, sanctas & religio-
sas. h. d.*

Rursus spiritualium quædam sunt incorporales, quædam ve-

rò corporales. Incorporales sunt, quæ neq; tangi, neq; sensu corporeo percipi possunt: quales sunt, virtutes, & dona Dei, aut quæ in iure cōsistunt. Corporales sunt, quæ tangi & humanis sensib. percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta, quædam sacræ sunt, & sanctæ, quædam religiosæ. Videamus igitur nunc de spiritualibus: & quidem incorporales, cū de his rā suprà oportunis locis loquuti fuerimus, q̄ etiam infrà suo tempore dicturi sumus, specialem tractatū minimè exigunt: itaq; tractemus iā de corporalibus, ac primū de Sacramentis, de sacris, sanctis, & religiosis, consequenter etiam loquuturi: ac demū de rebus temporalibus, atq; illarū administratione.

DE SACRAMENTIS,

TITVLVS II.

Quid sit Sacramentum. h. d.

Sacramentum^a, est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ita q̄ eius similitudinem gerēs & causa existat.

*Sacramentorum quædam necessaria sunt,
quædam uoluntaria. h. d.*

Sacramentorum summa diuisio

fio